

**www.e-rara.ch**

**Salus Sorethi rediviva in S. Vincento martyre**

**Ulrich.**

**Riedlingae, [1761]**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rd 504: fa,89

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25164>

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# SALUS SORETHI

REDIVIVA

IN S. VINCENTIO MARTYRE

DEBITISSIMIS HONORIBUS

REVERENDISSIMI, PERILLUSTRIS

AC AMPLISSIMI

S. R. I. PRÆLATI

DOMINI, DOMINI

# NICOLAI

IMPERIALIS CANONIÆ SORETHANÆ,  
SACRI, CANDIDI, CANONICI ET EXEMPTI  
ORDINIS

PRÆMONSTRATENSIS

*ABBATIS VIGILANTISSIMI*

PATRIS ac MOECENATIS PERQUAM GRATIOSI,  
DEDICATA ET IN FINE ANNI SCHOLASTICI  
TRAGICE SPECTATA

# SORETHI

---

RIEDLINGÆ, typis Jacoc, Christoph. Ulrich.

## A R G U M E N T U M.

**Q**uàm afflicta totius Germaniæ & nostræ præprimis Sueviæ Annô prioris Sæculi 47<sup>mô</sup> fuerit facies, vix credimus latere quemquam. Nos tacendo reliqua, unum hodie spectabimus Sorethum, quod succico furore prunas subjiciente in cineres collapsum, ita invigilante altiori Providentia, brevi ad suam resurrexit vitam & splendorem; vix enim sub idem tempus corpus S. VINCENTII M. Roma ad nos delatum est, mox omnia reflouescere & ad pristinum vigorem redire conspeximus; adeo nullum prævaluit malum, quod non Ejusdem potenti ad DEUM patrociniô in hunc usque diem, ipsa etiam testante Patria nostra, in bonum desineret. Hunc itaque talem in Scena dabimus, qualem fuisse Mors sancta testatur, *Virum Scilicet fortem in tuendis Romanorum, vincendis Persarum armis, constantem in superandis variis, ut a fide deflecteret tentationibus, ac denique Victorem sui in subeunda pro Christo morte gloriosum.* Tu Spectator benevole! si vis, ut suas in te gratias Pius ad DEUM Advocatus effundat, TAVMARTURGUM honora, Patientem imitare. Sic Tibi, Qui nobis, erit Vita, Salus & Resurrectio. *Chronica Soreth.*

### Innhalt.

**W**ie mißlich es in verfloßenen Jahr = Hundert mit unserem lieben Teutsch, besonders aber Schwaben = Land gestanden / kan auch mit einem einzigen Augenblick aus denen Geschicht. Büchern ersesehen werden. Wir aber begnügen uns auch heut mit Beschauung unseres durch die Wuth der Schweden in Staub / und Aschen zerfallenen / nachmahlen aber durch eine höhere Vorsichtigkeit wiederum zum alten Flor / und Ansehen auferstandenen Closters in. oder durch den Heil. Blut. Zeugen Vincentio, so dazumahl von Rom anhero gebracht worden. Von dessen Lebens. Thaten / ob schon uns nichts zu Ohren gekommen / so glauben wir dennoch / daß Er auch nach seinem Todt lebe; indeme Er mit so vielen Gnaden von dem Himmel besenket wird / so viel / und groß die Gutthaten / so uns / und unserem Vaterland auf Seine Verbitt von Gott verliehen worden. Dabero schreiben wir Ihme zu unser Heil / Glück / und Aufkommen. Du aber geneigter Zuseher! willst du / daß die Gnaden und Gaben Gottes in dir vermehret werden / ahme nach Vincentium in der Gedult / und ehre Ihne als einen grossen Freund Gottes / und allgemeinen Nothhelfer der Beträngten / und du wirst mit vielen anderen Glück / Seegen / und Heil durch Ihne erhalten.

PRO.

# PROLOGUS.

Sorethum belli & flammaram injuriis in cineres redactum mutatur in pristinum lilietum, suscitante Divina Providentia.

## PERSONÆ:

*Mars cum Armigeris, Hæresis, Ecclesia, Genius Sorethanus, & Divina Providentia.*

*Mars Recit.* Jo Triumphe! Magna orbis Domina! vix est, qui non adoret imperia, aut quem Martis non perterreant fulmina! *Hæres.* Fateor: dum mihi parva est victoria, id factum tuâ industriâ. Sed nondum satis: utamur fatis! jungamus vires viribus, eradamus Papalem gregem funditus. *Mars.* Jam ferum calet: animus in vindictam ardet.

## ARIA.

1.  
Stat fixum turbare Papistas,  
Post enses vibrare sagittas:  
Si unus evadat,  
Aut minus elidat,  
Mars ego non sim!

2.  
Si vires opponant Rebelles,  
Aut bella minentur imbelles:  
Hoc pede calcabo,  
Vel ense maclabo;  
Vim pellam per vim!

*Hæres. Recit.* Placent consilia; & si felle malint uti pro melle, ipsa moveba tartara.

## DUETTO.

*Perf. Hæresis.*

Si placet,

Mox cernet

Se Monachus stratum à me;  
Magno nam impetu ignem distillabo:

Splendescant æthera,

Fulgebunt nubila;

Votorum

Hæc mihi meta sit!

*Perf. Mars.*

Sic decet!

Et cadet

Catholicus victus à me;

Ense victore nunc muros tranabo:

Juvabit mutua

Te Martis opera;

Armorum

Hæc mea palma sit.

*Mars. Recit.* Chara pignora! firmate pectora, ancipitem plebesulam ni minis, saltem armis terrete, arcete, *Hæres.* Macle animis Evangelici milites! quæ prægnans claudit Cellaria, hodie Latranti stomacho cadent victima.

*Chorus*

*Chorus Militum.*

Properemus ,  
Accendamus ,  
Quidquid est Monasticum !  
Devastemus ,  
Es sternamus ,  
Si quid est Catholicum !

*Ecclesia. Recit. Heu me desolatam , tota die mœrore confectam ! — Lactavi  
& enutrivit Filios : - Ipsi autem spreverunt me. Surgunt Magistri prurien-  
tes auribus ; & à veritate quidem auditum avertunt : ad fabulas autem son-  
vertuntur Filii Discoli , malevoli hæretici !*

*A R I A.*

*1.*  
O cælum !  
Quousque misera  
Gemet Ecclesia  
Sub gravi pondere  
Oppressa undique,  
Ah juva me !

*2.*  
O cælum  
Me Petræ culmine  
Fundâsti solidè ;  
Sed premit hæresis ,  
Minatur lachesis :  
Ne perdas me !

*Genius Soreth. Recit. - - Ergo exul exulare cogor viduum deplorans Sore-  
thum ! - Mutatus est color optimus & factus è Roseto tumulus - - Tabescit  
præ luctu anima ; languescunt præ mœrore viscera.*

*A R I A.*

*1.*  
Mater charissima !  
En ! quæ nuper candida  
Florebant lilia ,  
Marcescunt ,  
Arescunt ,  
Flammea !

*2.*  
Mater sanctissima !  
En ! ut flamma sæviat  
Et muros quatiat  
Furoris ,  
Horroris  
Ebria !

*3.*  
Hæc est Sorethi facies  
Et Solymæ effigies :  
Quis me miserior ?  
Pro Pædo servit baculus :  
Vix patet mihi angulus.  
Quis infelicior ?

*Eccles.*

*Eccles. Recit.* Fili mi ! dum tuam deploras ; meam auges miseriam ; Sed noli timere , est , qui sicut præsentia , ita sapienter disponet futura. Dominus dedit & dabit idem , quod abstulit Dominus.

*Divina Provident. Recit.* - - *Hac est mutatio dextra Excelsi , qui facit multos loquentes , & flammæ non urentes : & ideo nolite contristari ; timeri enim cupit & amari. Faciet cum tentatione proventum , ut possitis sustinere , & merito tristem coronabit eventum.*

A R I A.

1.	2.
Tandem gaude ,	Nam flammarum
Tandem plaude	Et irarum
Soreth cum Ecclesia !	Cernes mox Epilogum ;
Felix ova !	Roma dabit ,
Lauro nova	Sors firmabit
Tua cingam tempora !	Gratiæ exordium.

3.  
Qui est clausus ,  
Surget clarus  
Ex obscuro tumulo :  
Non dolores ,  
Sed favores  
Leges in *VINCENTIO*.

Actus I.

*FORTITUDO VINCENTII.*

*Scena I.* Dum *VINCENTIUS* de cæde hostium triumphat & cladem christianorum deplorat. 2. *Gratus* & *Sydonius* secundarii belliduces intus iram spirantes eidem tanquam *Perfarum* Victori applaudunt. 3. Sed eo abeunte in mortem conjurant. 4. (Intermedia.) 5. Quem *Cæsar* Romanus ob reportatam Victoriæ miris extollit laudibus , unaque supremum urbis Præfectum & Christianorum persecutorem constituit. 6. *Messius* Tribunus è *Cneio* captivo ad gentilissimum converso *VINCENTIUM* Christianum intelligit. 7. Unde & supervenientem gratum hac de re informat ; 8. Sed accedente *VINCENTIO* uterque orï custodiam ponit.

Musicalisches Vorspiel.

Schussenriedt durch Feuer in Aschen gelegt /  
Sich wieder mit Gott / wie zuvor erhebt.

# Erste Abhandlung.

## VINCENTIUS in seiner Starkmuth.

Erster Auftritt. Da der wegen dem Sieg über die Persianer triumphierende VINCENTIUS die Niederlage der Christen bedauret, 2. kommen entzwey Gratus und Sydonius zwey Römische Generals Ihme als Überwunder verstellter Weise Glück zu wünschen; 3. in der That aber aus Eifer-Sucht angetrieben in seinen Tod zu verschwören. 4. Zwischen-Spiel. 5. Da in dessen der Römische Kayser zum Lohn seiner Tapfferkeit Ihne zum Statt-Halter zu Rom, und Verfolger der Christen ernennet. 6. Messius aber durch Cneium einen abtrinnigen Christen erfahret, daß VINCENTIUS ein Nachfolger Christi seye, 7. solches auch Grato eröffnet, 8. stopffet VINCENTII Anfunft beeden den Mund.

### Chorus I.

#### *Surrexit David & fugit in die illa à facie Saul.*

Lib. 1. Reg. cap. 22.

PERSONÆ. David, Achimelech, Doëg, Saul, item Chorus Militum.

David. *Rec.* Tandem veni in Nobe; sed miser, lacer sine armis, sine clamys,

#### A R I A.

1.

Hæc virtus metit præmia !  
Post cœla plura millia  
Jam cogar exulare,  
E Patria migrare:  
Vix æger traho spiritum !

2.

Pro Saule stravi Goliath  
Horrendam Hostis machinam:  
Jam fames in mærore,  
Me necat & dolore.  
Hæc fors me vexat miserum !

*Achimel. Recitat.* Quæ rerum hæc facies, ubi tui morantur comites? *David.* Rex misit me: cur autem hanc ingressus sim viam; neminem vult scire causam - Tu vero, si quid, habes ad manum; ne quæram invanum, da mihi quinque panes, ut fractas reficiam vires. *Achimel.* En! panes propositionis, plenos benedictionis! Hi enim sublati sunt à facie Domini, ut ponerentur ante eam panes calidi. *David.* An non habes hic hastam aut gladium? *Quia non habeo mecum.* *Achimel.* Ecce hic gladius Goliath Philistæi, quem percussisti in Valle Therebinthi. *David.* Gratias rependo maximas. Interim abeo, & iussa Regis expleo. - *Achimel. Deliberans.* Novi Regem; novi Davidem: aut malus spiritus denuo Saulem occupat, aut nova furia illum contra Davidem exagitat. - Vos magna mundi capita! audite, & quæ docebo, intelligite!

*Aria*

A R I A.

1.

Quid est,  
Quod est,

Amore fortius ?  
Hoc Pastor ovem dirigit,  
Et lanam dives colligit.

Hoc est  
Quod est  
Naturæ lex.

2.

Qui fit,  
Quod fit

Nil pace Carius ?  
Non curant Reges merita :  
Cui favent, spondent præmia ;

Hoc fit,  
Quod fit  
Rebellis grex.

3.

Si vis,  
Ut sis

Re vera Dominus :  
Non tuis stude commodis :  
Dispone benè subditis,

Sic sis,  
Qui sis

Re vera Rex.

*Recit.* Quid audio ? - tumultum fugio. *Saul.* Cito surgite ! ex umbra vos pro-  
ripite ! nî citò mutuam spondetis operam : hæc lancea vestra transfiget pectora.

A R I E T T A *furiosè*

Quid arma imberbes gigantes  
Vos juvant barbati infantes ?

Si non necatis

Dirum Sicarium ?

Quis novus hic mos ?

Non curat inanes timores ;

Sed ridet vocales furores :

Nî trucidatis

David hunc perfidum :

Quid agitis vos ?

*Recit.* Ergo enses stringite, & si impuri ferrugine, tundite, acuite ! *Doëg.* Tua  
ad imperia exultant corda subdita !

C H O R U S.

Ergo jam ruinas,

Cudamus & minas !

Quod sumus gigantes,

Non lactis amantes

Ostendimus nos.

*Saul.*

*Saul. Recit.* Sic placetis filii jemini! sed amplius placebitis; si per vos cadat Filius Isai. *Doëg.* Cadet omnino David cum Achimelech, & eodem fato obmutescet; *Vidi enim Filium Isai in Nobe apud Achimelech sacerdotem, qui, ut effugiat mortem, cibaria dedit ei, sed & gladium Goliat Philistai. Saul.* Ergo Videamus, & utrumque occidamus.

## Erster Thor.

David flüchtig von Saul verfolgt  
Bey Achimelech sich erholt.

Actus II.

## CONSTANTIA VINCENTII.

*Scena 1.* Adversus Vincentium, qui captivum quemdam Christianum *liberalem* Nomine in fide non nihil hæsitantem animat. 2. Gratus, Syndonius & Messius novum pactum ineunt. 3. Sed illis Recedentibus Rusticus Carceris Præfectus Berillum Sacerdotem Christianum duris verbis excipit, 4. qui cum Liberale à VINCENTIO ad subeundam pro Christo mortem animatur. 5. (Intermedia.) 6. Cornelius interim & Messius de modo Christianos omnes è medio tollendi deliberant; 7. Cæsar verò VINCENTIUM accusatum & ultro Christi assecclam se fastium ducalibus insignibus Orbari & in carcerem detrudi mandat.

## Zweyte Abhandlung.

VINCENTIUS in seiner Standhaftigkeit.

*Erster Auftritt.* VINCENTIUS einen, mit Namen Liberalis im Glauben wankenden Christen ermunterend. 2. Wo entzwischen Gratus mit seinem Anhang eine neue Complot anspinnet, 3. auch der Kerker-Meister mit einem Catholischen Priester hart verfähret. 4. Ermahnet Selben herzhafft vor Christum zu sterben. 5. Zwischen-Spiel. 6. Und da indessen Cornelius und Messius alle Weeg erdenken, die Christen auszutilgen, 7. wird auch Er wegen der Bekantnus des Christlichen Glauben zum Kerker verdammt.

][ † ]]

Chorus

## Chorus II.

*Misit ergo Rex ( Saul ) ad accersendum Achimelech  
Sacerdotem , ut occideret illum.* Lib. I. Reg. c. 22. II.

*PERSONÆ.* Saul. Achimelech. Doëg , David eum quatuor de domo  
sua , cum choro Militum , item 2. Filii Achimelech.

*Quartus de domo David. Recit. Quousque DEUS Israelis nos despiciet & pre-  
ces non exaudiet ? è domibus propulsi in solitudine erramus , ignari prorsus ,  
cui lerviamus. 3tius. Ære in super gravati alieno toti languemus præ jejunio.  
2 dus. Tu fulerum Domus Isai : ergo nos ab ense tege Jemini. Imus. Ai !  
ai ! ai ! da nobis panis frustulum ! en ! en ! me pauperem infantulum , Om-  
nes. Ni ergo miseros , nos serves profugos : deficimus , peribimus. David.  
Magnificate Dominum mecum ! & exaltemus Nomen Ejus in idipsum.*

### A R I A.

1.

Est in cælo Dominus ,  
Qui novit cordis intima :  
Hic dat quieta tempora ;  
Laudare nî cessatis ,  
Si facta spem probatis ,  
Ille vos exaudiet.

2.

Hic est Pater optimus ,  
Qui nec perire Filios ;  
Nec sinet cædi miseros :  
Pro felle mel gustabit ,  
In DEO , qui sperabit  
Se felicem sentiet.

3.

*Quæsvi Dominum ,  
Et exaudivit nos  
in corpore :  
Hic mittet Angelum ,  
Qui mecum fervet vos  
In tempore.*

*Recit. Audite Filii , timorem Domini docebo vos. Jam ad Regem Moab con-  
feramus nos ! - Saul. Tandem ades sacrata bestia , digna Regii furoris victi-  
ma ! Saulem jam experiere vindicem , quem noluit venerari Regem.*

B

ARIET-

ARIETTA furiosè.

Ego sum Rex !  
Terra tremiscat,  
Orcus dehiscat  
Aræ prostibulum,  
Regni propudium,  
Sic poscit lex.

Recit. Quare adversum me conjurâsti, Tu & Filius Isai? & dedisti Ei panes  
& gladium & consuluisti Deum, ut consurgeret adversum me, insidiator per-  
manens usque hodie? Achimel. Quis in omnibus servis tuis sicut David fi-  
delis? Num hodie capi pro Eo consulere Deum? Quis tanti sceleris me arguat  
reum? Doëg. Obmutefce os sacrilegum? aut in taxa rigesce! Saul. Audi  
Achimelech, morieris hodie cum toto Davidis genere! Achimel. Ah! Do-  
mine! Audi me! hanc unicam fac mihi gratiam!

ARIA.

<sup>1.</sup>  
Si mori me vis, morior;  
Nam vita manet melior;  
Sed vœ tibi!  
Dum vœ mihi  
Mortis hoc ingeminas.

<sup>2.</sup>  
Sed cado lubens victima;  
Amoris ego Hostia  
Pro Davide;  
Dum pro fide  
Me occidi imperas.

Saul. Recit. Vos Emissarii irruite in sacerdotes Domini! Sic imperat Rex,  
sic postulat lex. Milites, non licet nobis interficere sacerdotes Domini; quia  
sacrati sunt supremo Numini. Saul. Pro timidus animas! & trepidas vulpe-  
culas! Ad Doëg. Ergo tu convertere & in sacerdotes irrue.

CANTATA à 3.

Filius 1.

Ah, Pater mi! ne morere!  
Ah! noli me relinquere!  
Sum miser ego filius;  
Sed sine Te sum orphanus.

Filius 2.

Amore David morere!  
In cœlum profisciscere!  
Sim tecum mortis socius,  
Ne cessem esse filius.

Achimelech.

Ah filii  
Charissimi!  
Ne morere!  
Ah morere!  
Sic rogo te.

Fil. 1.

Fil. 2.

Urerque.

Saul.

*Sau. Recit.* Vah pueros cum patre occide & neca ! Rebelles trucida !

*Achimel.* Ah Filii - jam morior -

*Fil. 2.* Ah Pater mi ! - jam morior.

*Doëg.* Io milites , qui mori non amat , & regiam Majestatem adorat , tot hostium victori Pæana canat.

#### CHORUS.

Te Regem adoramus :  
Ut vivas , exoptamus ;  
Sed & lauros neſtimus,  
Tot stratorem hostium  
Et Davidis malleum  
Te jam omnes colimus.

### Swenter Chor.

Achimelech wegen David schlecht geachtet /  
Wird Saulis Grimm mit Seinen ungr'echt geschlachtet.

#### Actus III.

### VICTORIA VINCENTII.

*Scena 1.* VINCENTIUS non modo promissis Mureti supremi aulae Ministri ad deos colendos non movetur - ; sed fortior etiam factus, 2. Se ipsum ad patientiam animat, 3. plaudentibus interim de periculo VINCENTII Cornelio & Messio, qui cum Popæ ad interrogata respondere non possent, 4. eos acerbè traducunt, 5. Sydonius autem in loco tormentorum *liberale* è patibulo, Berillo verò in equuleo suspenso frustra VINCENTIUM, ut Deorum cultum amplectatur, terre nititur, 6. Inter media. 7. Unde Muretus Ejus invidiâ constantiâ ac insigni sui Victoria permotus Christianum se palam profitetur 8. De cujus conversione, ubi cæsar referente Cornelio inaudit Vincentium capite plecti ; Muretum verò vel minis vel promissis ad Deos reduci imperat.

### Dritte Abhandlung.

*Erster Auftritt.* VINCENTIUS die Versprechen des Kaisers, so ihm durch Muretum angetragen, verachtend 2. verfasset sich zur Gedult, welche Ihme, 3. da Cornelius und Messius über sein Unglück frolocken, 4. auch die

Götzen, Pfaffen wacker durchziehen, 5. nothwendig gewesen. 6. Zwischen  
 Spiel. 7. Indeme Er durch seine Standhaftigkeit Murecum den ersten Kay-  
 serlichen Minister zum Christlichen Glauben bekehret, 8. und endlich zum  
 Schwerdt; Murecus aber zur Gefängnus verurtheilet wird.

## EPILOGUS.

**S**orethum pristino sibi candore reddito debitis  
 post DEUM S. *VINCENTIUM* Mart. En-  
 comiis celebrat.

*PERSONÆ.* Genius Soreth. & Varii Infirmi.

*Gen. Soreth.* Io plaude anima! reviviscant viscera! denuo  
 floret Sorethum: revirescit è flammis liliectum. Certe sunt hæc mi-  
 rabilia summi DEI Magnalia.

### A R I A.

1.

Post longa tandem tædia  
 Et fata hostis funera  
 Refulget læta fors;  
 Nam surgit domus candida  
 Quæ flammis erat obruta:  
 Disparet atra Mors,

2.

Quem Romæ nuper gladius  
 Stravit, surgit *VINCENTIUS*,  
 In nocte rara Lux,  
 Ædilis hic est optimus  
 Quem Soreth colet protinus:  
 Hic noster erit Dux.

*Recit.* Sed taceant Inquilini, loquantur pro me Peregrini, Et en! - Varia in-  
 firmorum genera! qui post DEUM *VINCENTII* enarrant beneficia. -  
*Cæcus.* Homines video, & qui cæcus fueram, soluta oculorum caligine video.  
*Surdus.* Homines audio, & quid dicant, intelligo. *Mutus.* A, a, a, mea  
 hucusque erat lingua, sed jam perfecta pronuntio verba. *Claudus* Meus hu-  
 cusque claudicabat Pes; sed jam movetur, dum mea in S. *VINCENTIO*  
 fundatur spes. *Energumenus.* Quod malus occupavit spiritus, corpus à mali-  
 gno Hospite purgavit *VINCENTIUS*: *Genius.* Ergo, quia cæli per *VIN-*  
*CENTIUM* omnes experti sumus Gratiam; summo DEO in Sancto suo di-  
 camus Gloriam!

*CHORUS.*

**C H O R U S.**

I.

Sit summo DEO Gloria.

Qui magno in VINCENTIO

Tot fecit mirabilia

In candido Collegio.

2.

Hic seryat semper providus

Cum Capite & subditos ;

Nam ordo erit candidus

Si suos amet Filios.

**Musicalischer Beschluß.**

Soreth durch VINCENTIUM außs Neu beglückt /  
Schuldigen Dank zu sagen sich jetzt anschickt.

stt perrennis Deo eLoria,

HONOR

sanCto MartyrI VINCENTIo.



**Modulos**

# Modulos musicos composuere A. R. D. Conradus

Kayser, & M. R. Fr. Wilhelmus Hanfer Ejusdem Imp.  
Collegii Sorethani Canonici &c.

## *Syllabus Musicorum.*

*Mars NN. Genius Sorethanus NN. David NN. Achimelech NN,  
Saul NN.*

Josephus Eberle Sulgaviensis Rhet. *Doëg.*

Wilibaldus Bürckhofer Genedachensis Synt. min. *Divina Provi-  
dentia, & Fil. 1. Achimel.*

Cælestinus Finger Stoffenriedensis Grammat. *Ecclesia.*

Michael Mauz Juliomagensis Grammat. *Fil. 2. Achimel.*

Antonius Högl Biberacensis Rud. *Haresis.*

## *Syllabus Actorum.*

*Vincentius NN.*

*Kurzum NN.*

Wilhelmus Fürst Herbetinganus Rhet. *Casar.*

Mathias Graf Riedlinganus Rhet. *Supremus Aula Minister.*

Rupertus Fesler Dunzenhufanus Rhet. *Syndonius Bellidux.*

Josephus Eberle Sulgaviensis Rhet. *Gratus Bellidux.*

Josephus Wäscher Fœnersbergensis Rhet. *Centurio.*

Vincentius Sigl Sorethanus Rhet. *Messus.*

Leonardus Haug Zimmetschufanus Rhet. *Berillus Sacerdos.*

Vincentius Schwarz Elchenreüttenensis Rhet. *Ubereggs.*

Jacobus Fesler Mellazensis Synt. M. *Cnejus.*

Franciscus Soler Buhmühlensis Synt. M. *Popa.*

Joseph Ignat. Lorinser Schweigfurtenensis Synt. M. *Popa.*

Martinus Sticher Schwarzachensis Synt. M. *Marcus Flomerus.*

Jacobus Sigle Juliomagensis Synt. M. *Sartor.*

Laurentius Gnan Degernauensis Synt. M. *Braitthaus.*


Thomas Goehl Immenstattenensis Synt. M. *Buggelori.*

*Petrus*

Petrus Wieland Hagenbuchensis Synt. min. *Langnäsling.*  
 Pancratius Uhl Dorffensis Synt. min. *Tiburtius Judex.*  
 Andreas Werckmann Uttenwilanus Synt. min. *Rusticus.*  
 Nicolaus Ehmele Stafflangensis Synt. min. *Satelles.*  
 Remigius Hepp Stafflangensis Grammat. *Salius.*  
 Joann. Michael Rüeß Aigendorffensis Grammat. *Ephebus Casareus.*  
 Nobilis Alphonfus Paur Sorethanus Rud. *Liberalis.*  
 Damianus Dangel Sorethanus Rud. *Listor.*  
 Joann. Georg. Mülz Heimenkirchensis Rud. *Amts, Knecht.*  
 Josephus Felder Sorethanus Rud. *Satelles, & Salius.*  
 Josephus Schonger Stafflangensis Rud. *Satelles, & Salius.*  
 Jacobus Gavaz Kanzachensis Princip. *Miles.*  
 Nobil. Joseph. Ant. Schönhamer Biberac. Princ. *Ephebus Casareus.*  
 Joann. Nepomuc. Mohr Sorethan. Princ. *Epheb. Casar.*  
 Bartholomæus Rümle Mößkirchensis Princ. *Sartor.*  
 Joannes Marius Halder Reichenbacensis Princ. *Salius.*  
 Josephus Engenhard Herbetinganus Princ. *Fuchsmundi,*  
 Adrianus Ehrart Oggelshufanus Princ. *Salius.*  
 Nobil. Vincentius Paur Sorethan. Princ. *Epheb. Casar.*  
 Antonius Glück Sorethan. Princ. *Epheb. Casar.*  
 Carolus Schmid Sorethan. Princ. *Salius.*



Petrus Wilhelm Hagendorn Syon min. Ranzung  
 Franciscus Ulr Dorsch Syon min. Theatiner  
 Andreas Wierckmann Syon min. Ranzung  
 Nicolaus Elmelt Syon min. Ranzung  
 Reinigius Hopp Syon min. Ranzung  
 Joann Michael Rell Syon min. Ranzung  
 Nobil Alphons Syon min. Ranzung  
 Dominus Danti Syon min. Ranzung  
 Joann Georg Müller Syon min. Ranzung  
 Josephus Fobler Syon min. Ranzung  
 Josephus Schoner Syon min. Ranzung  
 Jacobus Geyer Syon min. Ranzung  
 Nobil Joseph von Schönbauer Syon min. Ranzung  
 Joann Nepomuc Syon min. Ranzung  
 Bartholomaeus Rüssel Syon min. Ranzung  
 Joann Maria Falder Syon min. Ranzung  
 Josephus Augustus Syon min. Ranzung  
 Adamus Ehrlich Syon min. Ranzung  
 Nobil Vincenzius Syon min. Ranzung  
 Antonius Glück Syon min. Ranzung  
 Carolus Schmid Syon min. Ranzung



1000  
 500  
 100  
 150  
 10  
 4  
 1764